





Krimmland

U. q. 97.














COLLEGII FEUDALIS

DISPUTATIO I.

DE FEVDI DE,  
FINITIONE, ET DI-  
VISIONIBUS IN  
GENERE:

*Quam,*

D. O. M. A.

Præside

CLARISSIMO ET CONSUL-  
TISSIMO VIRO Dn THOMA FRAN-  
ZIO, I.C. & Pandectarum professo-  
re publico, defendet

PETRUS RITTER, Görlicius Lusatius,  
xv.KL. Quintilis, h. 6. & seqq.



VVITERBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri,

ANNO M. D. XCVI.



AMPLISSIMIS,  
CLARISSIMIS, HV-  
MANISSIMIS, ET DOCTIS.  
SIMIS VIRIS.

Dn.

JACOBO MONA-  
VIO, inclytæ Reip. Vra-  
tislaviensis Patritio  
&c.

Dn.

SEBASTIANO HOFF-  
MAN, IN HENN. Reip. Gor-  
licianæ Consuli dignis-  
simo, &c.

FAVITORIBVS ET PATRONIS,  
OMNI OBSEQVIO ET OBSER-  
VANTIA COLENDIS,

has de feudi essentiâ theses,

Tanquam Mercurio, (ut de Cynocephalo Va-  
lerianus adnotavit) summâ cum  
diligentiâ.

D. O. & C.

Respondens.

# DE FEVDI ESSENTIA,

## THE SIS I.



Eudorum juri operam daturum, cum primis nosse oportet, unde nomen feudi descendat. a Est autem, si vocis originem Saxoniam spectes, à præfecturâ, b hoc est, domo dispositoris, sive perfecti, quem **Fochet** Germani vocant, derivatum, quasi **Fochet** **dom**: Sin rei ipsius formam contempleris, à side appellatum, c Vnde eleganter definitur beneficium fidelitatis.

a. argumento l. i. in pr. ff. de just. & jur. b. Goropius in hermathene lib. 5. pag. 102. Dn. D. Franzius in defensione pro Carolo M. primo feudor: auctore, & c. par. 2. K. 4. b. Vigelius de feudis. c. 2. q. 2. c. c. vn: § fin: & ibi Dd. per quos fiat invest: c. i. § fin: in quibus causis feudum amitt. Vvesenb. in tr: de feudis, c. 1. in pr: & n. 13. & c. 8. n. 19. (p. 159.) Hattyser in analysi jur. feudal: c. 9. § post investitram. (p. 90.) Clarus § feudum q. 5. Duar: c. 2. n. 2. 3. Conanus lib. 2. commen: c. 9. n. 6. Cujac: in proæm: de feudis, pag. 2. Sonsbeccius par: 2. n. 34. Borcholt c. 1. n. 2. Vulteius in tr: de feudis, c. 2. n. 1. & seq: c. 6. in princ. & in exegesi, pag. 7. Dissentiunt in derivatione feudi Isidorus in lib. etymol. Zas. par. 1. de feudis, n. 2. Hannonet: lib. 1. c. 2. Borch. c. 1. n. 2. qui deducunt à fædere. Henricus Archiepiscopus in summâ suâ, § 2. quem, post Iason. in prælud. & Antonium de Prato veteri, in rubr. 1. de feud. refert Seyfillus in tit: de definitione feudi, pag. 82. vers. refert tamen: Borcholt in d. c. 1. n. 4. derivant, à faciendo, cùm, ut aliquid fiat, hoc est, servitia prætentur, feudum concedatur. Phil. Melanth. Victor. Strigel in Ethicis. lib 2. (p. 300.) & Vvesenb. c. 1. in pr: à Germanico fuden/ quod p. scere significat: Quidam à Germanicâ voce Faida, vel feida, vulgo Fehde: Montanus lib. 1. feudor: c. 1. Camerar. in. c. imperiale. in pr: de prohib: feudi alien: per Frider: Kleist in prolegom: conclus: feudal pag. 9. Hotom. in disp. de feudis, c. 1. Bodinus deniq, lib. 1. de Rep. c. 9. in pr: ex hisce verbis feudi nomen colligit: Fidelis Ero Domino Vero Meo. Verum cùm nimis longum sit, in singulorum rationes inquirere: illiq, potissimum conjecturis nitantur: eadem facilitate, quâ ab illis dicuntur, à nobis rei ciuntur.

II.

Beneficium generis locum in definitione obtinere, consentiunt ICti omnes, & nos cùm illis: dissentiant licet quidam interpres.

A 2

c. I. §

c. i. § 1. Et si cum verò Corradus 2. § hoc quoq. 4. de his, qui seendum dare possunt. c. i. § fin. de feudo Marchiæ. c. un. an. maritus succedat uxori in beneficio. c. un. de feudis datis minim. valuafor: c. i. apud quē vel quos. Et c. c. i. Et 2. constitutiones feudales Dn. Lotharij, Et c. c. un. Et in rubr. de benefic. fratri. c. i. Et 2. de feudo sine culpa non amitt. c. i. 2. 3. quo tempore miles invest. pet. deb. c. un. de content. int. Dom. Et vasall. de invest. feud. c. un. quemad. feud. ad filia pertineat. c. un. § fin. de feud. cognit. c. un. in pr. Et § 1. per quos fiat invest. c. un. § rei autem § quid ergo. § fin. de invest. de re alienā factā. c. un. in pr. Et § 1. quat. ol. pot. feud. alien. c. i. quis dic. dux. March. Com. c. un. de success. fratr. vel gradib. succed. in feud. in rubr. Et c. i. de fratr. de novo benefic. invest. c. un. de vasallo decrep. etatis. c. i. in pr. de eo, qui sibi, vel hæred. suis. Et c. i. de duob. fratr. à Capitan. invest. c. un. in pr. de vasall. mil qui arm. bell. depositit. c. un. in quib. caus. feud. amitt. in rubr. Et c. i. in pr. § 1. Et § item qui Dominum. 2. Et per tot. quae fuit 1. prima causa benefic. amitt. c. un. § licet vasallus. § beneficium. cum § seq. si de feudo defuncti contentio sit, Et c. c. un. § si judex. 2. vers. si duo homines. cum seq. § publici. 5. vers. quicunq. de pace tenend. c. un. § ad hoc. heic finitur lex. c. un. de filiis natis ex matrim. ad morganatic. contr. c. i. de feudo fæminæ. c. i. in pr. Et § fin. de consuet. rect. feud. c. i. in pr. § ex eadem. § similiter. 2. § fin. de l. Corradi. c. un. de cler. qui invest. fac. c. i. in pr. an ille, qui interfec. fratr. dom. sui. c. un. de vasallo, qui contra constit. Lotharij regis be. beneficium aliena vit. c. i. in pr. Et § fin. de alien. feudi patern. c. i. in pr. Et § fin. de capitulis Corradi. in rubr. de controvers. int. masc. Et fæm. de benefic. c. i. in pr. Et § 1. de controvers. inter Dom. Et emitor. feudi, in rubr. Et c. un. de controvers. inter vasall. Et alium de benefic. c. un. in fin. quid juris sit, si post alien. feud. c. un. an agnat, vel filius. c. un. in pr. an apud judic. vel cur. c. un. in fi. de eo, qui fi. nem fec. agnato. c. un. de nat success. feudi. c. un. in pr. de capitan. qui cur vendidit. c. un. de prohib. feudi alien. per Lothar. c. un. in prin. de prohib. feudi alien. per Frider. c. un. de condit feudi non implet. c. un. de fidelitate. c. un. si plures sint Domini vel vasalli. c. un. de evictione. c. un. prius possess. restituend. esse. cap. un. si unus ex fratrib. dederit. Et c. c. i. in fi. patrem in feudo filij non succedere. c. un. an præscriptione feud. acquiratur, Et quatuor capp. seqq. c. un. factum fratri fratri in feud patern. non nocere. c. i. de success. feudi, Et 2. capp. seqq. cum similib. c. ad audientiā. 23. in fi. ex. de præscript. Et Dd.

comm.

comm. in locis allegatis, quorum plurimos refert Rosenthal in synopsi, c. 1. concl. 1. litera a, & retinet hoc genus, clientelā militari regettā Hotom. in disp. feud. c. 4. in si Mozz. de feud. c. 1. n. 16. Curt. in tr. feudor. c. 7. q. 6. n. 2. & seqq. Z. 15. par. 1. n. 3. & 4. Hanneton. lib. 1. juris feud. c. 2. Duar. c. 2. n. 1. & 4.

Dissentient primò, qui genus feudi concessionem vel actionem benevolam statuunt, ut scribunt Goffred. VVilhelmus de Cuneo, & Ioan. Blanc. in prælud. feud. Odofred. in summ. Rainu. in repetit. c. imperiale. de prohib. feud. alien. per Frider. quos sequitur Clarus q. 4. Zas. par. 1. n. 3. Rebiffus in prælud. q. 1. post pr. Bl. in prælud. Aluar. in c. vn. & beneficium. in quibus caus. feud. amitt. Seysellus in spec. tit. de defin. feud. p. 1. in si. pag. 77. VVesenb. c. 1. n. 11. Montan. lib. 1. c. 5. Molinæus in consuet. Parisiensi. tit. 1. in pr. n. 52. Silvan. de feud. recogn. q. 5. Schenk in d. c. vn. & fin. in quib. ca. feud. amitt. n. 3. Sonsbec. par. 2. n. 2. Curt. par. 1. q. 6. c. 7. n. 2.

II. Qui feendum putant esse contractum, Br. in l. juris gentium. 7. & quin imò de pact. & post Br. Bl. Anz. & immol. Ias. in prælud. vers. quartò. Guer. Piso in prælud. q. an feud. sit contract. Curt. par. 1. q. 9. n. 1. & seqq. & par. 2. de feudis Laicorum, n. 52. Brun. conf. 2. n. 17. Schrad par. 2. c. 2. n. 2. 3. 4. 5. 6. Ias. in l. 1. n. 33. C. de jur. emphyt. Clar. & feendum. q. 6. VVesenb. in d. c. 1. n. 6. Ronchogallus in l. reos. & cùm tabul. 15. n. 37 ff. de duobus reis. Caccialupus in repet. c. vn. de feundi recognit. par. 5. n. 10. & n. 32. Sylvan. de feudi recognit. q. 2.

III. Qui dicunt, feendum esse clientelam militarem. Hotom. in disp. feud. c. 4. in pr. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 4. Lælius Taurellus de militijs ex casu, in fine.

IV. Qui nullo alio, quam ultimi finis, respectu, feendum beneficij speciem esse concedunt. VVesenb. de feud. c. 1. n. 2. pag. 27.

V. Qui usumfructum quendam esse statuunt, Vult. in exegesi in pr. & de feud. lib. 1. c. 6. n. 9. Aliud ergò erit, jure beneficij aliquid concedere, aliud jure feudi. Nam hoc sine illo subsistere non potest, illud verò sine hoc potest. Monemus hoc ideo, ne, sine judicio, id, quod apud Annonium, lib. 1. c. 14. in si. & alios historicos, de concessione beneficij legitur, cum concessione feudi confundatur.

### III.

Hinc partes feudi integrales, quoad genus duæ sunt; Una ῥο ἔγραφ, sive opus, quod in jure feudal. res beneficiata

appellatur; altera beneficentia, quæ in communicatione istius  
operis consistit.

d. c. i. § fin. in quibus ca. feud. amitt.

I V.

Res autem beneficiata duplicem habet respectum, quatenus  
nempe hoc aliquid est, & quatenus res talis est: Hlo respe-  
ctu, manet in proprietate & dominio benefacientis: Hoc vero  
communicatur beneficiato. Itaq; modum communicationis in  
perceptione ususfructus constituere necessum est.

d. § fin. ibi: quod ex benevolentia ita datur alii, ut proprietas  
quidem rei immobilis beneficiæ penes dantem remaneat, ususfruc-  
tus vero illius rei ad accipientem transeat.

V.

Fidelitas forma est feudi, quia finis operantis: id quod I CRI  
& interpres omnes uno ore affirmant.

c. i. in fi. de feudi cognitione. c. vn. § fin. per quos fiat investitura. c. vn.  
vers. ut fideliter serviant. In quibus causis feud. amitt. c. vn. § est &  
aliam, quæ fuit prima causa beneficij amitt. ubi Isernia. Dd. in locis su-  
præ allegatis in th. i. sub literâ c. quibus adde in theoremat. juris con-  
troversi miscell. à Dn. D. Tb: Frar. Zio propositis, theor. 24. Ratio hæc  
dari potest, quia beneficium datur propter officium. Finis ergo bene-  
facientis in facto, vel in opere ipsius non residet, sed in illum, qui re-  
cipit beneficia, transit. Hinc scribit I CRI, ita transire usumfructum  
in accipientem, ut Domino fideliter serviat. d. c. vn. in fi. in quibus ca.  
feud. amitt. Per fidelitatem ergo vasalli perficitur totum opus feudi,  
quod ideo merito fidelitatem pro forma agnoscit. c. vn. § fi. de no-  
form fidel. Nec obstat, quod feudum etiam sine fidelitate conseratur.  
c. vn: in fin. per quos fiat invest. & quod feuda sint, pro quibus fidel-  
tis non præstatur. c. vn. est & alia. i. in fin. quæ fuit prima causa be-  
neficij amitt. c. vn: in pr. de fidelitate. Nam fidelitatis nomine interdum  
jusjurandum fidelitatis impropriè intelligitur: c. vn. in fin. quid præ-  
ced: deb: an invest: vel videl: quod non semper præstant vasalli. Ete-  
nim illud quibusdam pactione remittitur, d. c. vn: in fin: per quos fiat  
invest: & d. c. vn: de fidel. Itaq; hi textus accipendi erunt de fidi-  
tate juratâ, quæ remitti potest, non vero injuratâ, quæ nunquam:  
cum forma & substantia rei pacto sive conventione immutari non  
possit. l. cùm precario. 12. ff. de precario. Hattyser. d. analys. c. 2. & c.  
3. n. 8. & c. 9. § post investitaram. n. 1. Iacobin. de S. Georgio, verb:  
qui

qui quidem investiti, n. 71. Zas. par. 1. n. 7. & par. ult. n. 34. Vulteius d.  
lib. 1. c. 6. n. 8. p. 120. & c. 8. n. 42. Vesenb. c. 8. n. 20. 21. p. 160. Harry-  
ser. d. c. 9. § post investituram, n. 2. Menoch: consil. 391. n. 35. vol. 4.  
Mozz. de divis. feudi, n. 76. Schrader. c. 4. n. 18. Rosenthal. c. 2. concl.  
29.

#### V I.

Eam definimus beneficiariæ fidei officium, vel opus. Ex  
quo apparet, feudi partes integrantes solas non esse opus & be-  
neficiantiam, sed his addendum etiam, ex parte fidelis, officium  
& fidem.

Cicero lib. 46, epist. famil ep. 17. c. vn: § fin: in verb: fideliter Domi-  
no serviant. In quibus caus feud. amit. Hinc consecutarium est, reliquas  
fidelitatis definitiones vel latiores esse suo definito, vel essentiam fi-  
delitatis non vere explicare: qualis est ea, quam tradit Riger. lib. 2.  
Ethicor. c. 8. quemadmodum & exempla, quæ longo ordine subiicit,  
varias formas & species fidelitatis continent; quam vel præstant  
ipsi Impp. vel subditi, vel alijs in contrælibus, & alijs actibus humanis.  
Illa etiam descriptio, quam Rhapsodi juris feudal is, in c. vn: in fin.  
quid præced deb: magis ab effectu aut fine petitur in largâ significa-  
tione, quam à naturâ verborum afficiente, ut ait Montanus, lib. 3. de  
feud. c. 7.

#### V II.

Officium finem notat totius hujus operis. Est enim inchoa-  
tio civilis beatitudinis: Propter civilem ergo beatitudinem feu-  
da constituta sunt omnia.

Scaliger exerc. 307. sect. 26. pag. 975.

#### VIII.

Inter quæ naturâ excellentissima sunt pietas, quam creatura  
creatori, & humanitas, quam homo homini cogitur præstare;  
Tempore verò excellunt amicitia, quam civis civi, & fidelitas,  
quam obsequens debet imperanti

Scaliger exerc. 307. in prin: argumento l. 2. & totius tit. ff. de I. & I.

#### I X.

Omnis verò fidelitatis forma est fides; non Evangelica Chri-  
stianorum, sed politica subditorum, quæ est opinio voluntaria ex  
incertis certa promittens.

Scaliger exerc. 307. sect. 31. p. 989. Ex hac thesi sequitur, non omnem  
statim fidelitatis sive fidelium appellationem de fidelitate feudali in-  
telligendam. Nam à fide, quam p. y D E O debent, & præstant, in pri-  
mitiva

mitivâ ecclesiâ dicti sunt nisoī sive fideles, quemadmodum videre est ex can: jam nunc illud: can: sic enim, in si. c. Iudeorum. c. sapè, c. nullus. & c. omnes 28. q. 1. Beza in tr: de repudij & divorc: p. 99. & seqq. ubi agit de sponsalibus inter fidem & infidem initis, & multapartum allegat testimonia, qui vocabulo Fidelis hoc significatu usi sunt. Diss. Vulteius, qui fidem & fidelitatem pro uno, eodemq; hoc in loco accipit, & inter fidem & fidelitatem non distinguit, d. c. 6. n. 1. & seq.

X-

Eius duæ sunt species, beneficiaria una, non beneficiaria altera. Beneficiaria est, quæ propter beneficij concessionem præstatur, & propriè forma est nostræ fidelitatis. Non beneficiaria est, ad quam quis, sine beneficij concessione, vel ex naturâ vel conventione est obstrictus.

c. vn. & ibi Isernia, Afflictus, & Dd qualiter jurare debeat vasallus Domino fidelitatem. Rebuffus in arbore feudor. p. 283. Duaren. c. 13. n. 1. Montanus lib. 3. feudor. c. 2. & lib. 6. c. 1. Cùm itaq; fides non tantum in feudis, sed in omnibus rebus & contractibus sit præstanda & servanda, cùm sit firmamentum omnium contractuum, secundum Tullium, lib. 1. Officior. l. 1. in pr: ff. de pactis. l. 1. in pr. ff. de constit. pecun. l. inter 8. C. de summ. Trinit. l. bonam, & C. de Oblig & Action. Mont. ad tit. C. de jure emphyt. in prælud. Cujac. de feudis, in proem. p. 13. nō sequitur in illis locis veterum auctòrum statim fieri mentionem fidelitatis beneficiariæ, cùm in Annonio, lib. 3. c. 26. 68. 83. lib. 4. c. 31. 53. 64. 70. 78. Æginardo, & alijs, paßim fidelitatis & fidelium fit mentio: sed accuratè inter his fidelitatis species erit discernendum: quis male videtur confundere, post alios, Vulteius lib. 1. feud. c. 8. n. 22.

XI.

Et tantum de definitione feudi, ejusq; partibus. Ad divisiones quod attinet, summa hæc est, quod feuda alia sint perfecta, alia non perfecta. Perfecta sunt quæ rectam feudi naturam a habent: Non perfecta, in quibus aliquis reperitur defectus b.

a. c. vn. § fin. de his, qui feud dar. poss. c. vn. § fin. quid sit invest. c. vn. denat. feud. c. vn. de feudo non habente propriam naturam feudi. Vocatur alias feudu rectum, in rubr. c. vn. de consuet. recti feudi. Itē, simplex, purum, liberum. Rebuff. in declar. feud. n. 15. Quid verò sit natura feudorū. & quæ de naturâ feudi sint, videantur præter superiores textus, c. vn. § præterea, quid sit invest. c. vn. § sciendū, de feudi cogni-

cognitione. c. un. & hoc autem notandum, de his, qui feud. dar. poss. c. un. in pr. de natur. success. feudi, cum texibus similibus multis, quos allegant Bl. in prælud. divis. 4. & in l. i. C. commodati. Curt. par. 1. c. 7. q. 6. n. 7. & 25. (p. 58.) Rebuffus d. n. 15. Th. de Marinis tit. 18. n. 2. Zas par. 1. n. 8. & c. 2. Schneidevinus par. 1. n. 31. 35. VVes. c. 2. n. 3. & 2. Duar. c. 4. n. 1. Hanneton. lib. 4. c. 3. Borcholt. cap. 4. n. 26. & seqq. qui plures allegat. Hattyser. d. c. 4. n. 1. 12. & seqq. Vulteius in exegesi pag. 27. & lib. 1. c. 8. n. 37. Schrader. par. 2. c. 3. in pr. b. d. c. un. de feudo, non haben. propriam feudi naturam. Vulteius in exegesi, p. 27. & seq. & lib. 1. c. 8. n. 38. Schrader d. c. 3. n. 2. Curt. par. 1. q. 6. n. 18. & seqq. Th. de Marinis tit. 19. n. 4. VVesenb. c. 2. n. 10. Rebuff. divis. 7. Zas par. 12. n. 2. Borcholt c. 4. n. 25. qui plures allegat, & n. 34.

### XII.

Altera divisio à causâ efficiente sumitur, puta, à beneficen-  
tiâ superioris, & ultimo feudorum fine, qui est civilis beatitudi-  
nis fruitio, cuius modus consistit in unione civium. Aut enim  
constituant unionem feuda, aut conservant constitutam: Quæ  
constituant, vocantur feuda absoluta: quæ conservant sunt or-  
dinaria.

c. i. quis dicatur Dux, March. Comes & c. & ibi Bl. & U. d. Tot enim  
sunt Dominorum summa genere, unum ordinariorum, hoc est eorum,  
qui à superiore ordinati, legi subsunt: alterum absolutorum, qui, di-  
vinitus vocati, legibus soluti sunt, & iisdem dominatur, l. princeps., l.  
de legibus l. i. in pr. ad l. Iul. de ambitu. Nov. 105. & omnibus autem à  
nobis, & ibi gl. in verb: legem animatam. c. un. & & quia vidimus,  
de his, qui feud. dare possunt, c. un. quæ sint regalia. c. un. & judices,  
de pace tenendâ & juram. firmand. Duar. lib. 2. disp. annivers. c. 19. p.  
194. Hotom. in qq. illustr. q. 2. Vasquius in controversiis illustrib. c. 21.  
n. 7. Dn. Treutlerus in disp. n. disp. 1. th. 6. cum ibi adductis.

### XIII.

Ab opere vel re beneficiatâ, feuda sunt vel regalia, vel non re-  
galia. Regalia sunt, quæ Legibus, Ducibus, Marchionibus, Comi-  
tibus, & qui his similes sunt dantur: Non regalia, quæ conferun-  
tur inferioribus.

c. vn. in pr. de feudo Marchiæ, c. vn. quis dicatur dux. Marchio, Co-  
mes, c. vn. de lege Corradi. Clarus & feendum, q. 8. Curt. par. 1. q. 8. c. 9.  
n. 4. Alvar. in prælud. divis. 1. n. 21. Rebuffus divis. 2. Duar. c. 4 n. 7. Zas  
par. 2. n. 1. Sonsbeccius par. 3. n. 7. & seqq. Gail. li. 1. obs. 30. n. 1. 4. 5. &  
obs. 57.

obs. 37. n. 11. Hennig. Göden consil. 2. n. 7. (qui addit feudum Baroniae, quod tamen Zas. negat ad regalia pertinere, par. 5. n. 26. ( p. 25. ) Mozz. de divis. feudi, n. 42. Schrader. de feudis, par. 2. c. 3. n. 3. Vulteius in exegesi feudal, pag. 24. & lib. 1. feudor. c. 8. n. 10. qui tamen hanc divisionem ad causam efficientem refert. Errant etiam illi, qui feudum regale cum nobili, feudum non regale cum ignobili confundunt: quemadmodum in effectu faciunt, qui feudum regale ab adjuncto dignitatis describunt, quales sunt Iacobin. de S. Georg. in verb. in feudum, n. 5. & illi, quos sequitur & refert Borcholt. c. 4. n. 12. Expressè autem eas confundunt Vesemb. c. 2. n. 4 pag. 48. eumq; secutus Hattyser, c. 4. n. 3. & 4.

#### XIV.

Ab officio feuda sunt vel spiritualia, vel temporalia. Spiritualia respiciunt conservationem unionis inter Deum & hominem, Temporalia unionem civium: quorum alia iterum sunt Ecclesiastica, alia non Ecclesiastica: Ecclesiastica quæ consecratum unionem conservant: Non Ecclesiastica, quæ Laicorum: sive illa sit militaris, sive non militaris.

c. un. §. feudum 1. de his, qui feudum dare poss. c. un. in pr. Episcopum vel Abbatem &c. c. un. quis dic. dux Marchio, Comes &c. Ratio hujus divisionis est, quia omnes Magistratus & Domini ad hoc constituti sunt, ut vel Deo serviant, & Ecclesia, vel populo & plebi: illi generali nomine Ecclesiastici vel Clerici vocantur, hi vero Laici. l. 1. 6. 12. & t.t. C. de Episc. & Cler. l. 2. C. Th. de episc. & Cler. c. Clericus 11. q. 1. c. clericos, in pr. dist. 21. c. duo 12. q. 1. Alciat. lib. 5. παρεγγόη, c. 22. Cælius Rhoding. lect. antiquar. lib. 7. c. 13. Schardius in Lex. verbo Laicus. Diff. Vulteius, post alios, in exegesi, pag. 25. & lib. 1. c. 5. n. 10. qui hanc ad causam materialem refert.

#### XV.

A fide feudum est ligium, vel non ligium: Illud conservat unionem immediate imperantium & obliequentium: a hoc illam, quæ mediata est. b

a. c. un. §. satis bene. in pr. vers. alter eorum Domino. de prob. feud. alien per Lothar. c. un. factum fratri fratri in feud. pater: non noce-re. Clem. pastoralis. & rursus, & ibi gl. & Dd. de sentent. & re judic. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 10. pag. 178. Curt. par. 1. q. 8. c. 9. n. 22. & seqq. Hanneton. lib. 1. c. quomodo feudum constituatur. Duar. c. 4. n. 2. Rebiffus divis. 10. n. 22. & 23. Bl. in divis. 7. Ravennas in proœm. feudo-  
rum.

rum Iacobin. de S. Georgio verb. in feudum. n. 19. Clarus in s. feu-  
dum. q. 11. VVes. c. 2. n. 9. Duar. c. 13. n. 6. Hattyser. c. 4. n. 7. 8. 9. Borch.  
c. 4. n. 22. & seqq. Vulteius in exegesi, pag. 25. & d. c. 8. n. 20. ubi plus  
res allegat. Dicitur autem Ligium, vel ex eo, quod vasillum liget, &  
obstringat contra omnes, c. un. de feudo ligio, Iacobin. d. n. 18. Hattyser.  
d. c. 4. n. 6. Vult. d. c. 8. n. 20. (pag. 294.) vel, quod arctius liget, & ob-  
stringat vasallū: cum nullus aliis excipitur ex jure fidelitatis. Duar.  
d. c. 4. n. 3. & 6. Curt. d. q. 8. n. 24. vel quod omnia bona hominis ligij  
dicitur esse sub jurisdictione Domini, Iacob. d. loco, n. 20. Curt. in d.  
loco, n. 20. (p. 73) Borcholt c. 4. n. 22. (p. 70. b.) Ligium esse totalem  
subjectionē Italorū linguā significare, post Cranzum, in 4. Chronic,  
auctor est Cujac. in lib. 4. tit. 93. (p. 268.) & Borcholt sequitur d. n.  
22. Talem vasillum Cujac. etiam non in eruditè homologum dici pos-  
tat, in d. tit. 93. & in tit. 7. lib. 2. (p. 132.) Dis. Hotom. in disp. feudal.,  
c. 7. qui hanc feudi divisionem fictam & commentitiam, & ligum  
nihil aliud, quam vasillum simplicem significare opinatur: cuius ra-  
tiones in disputatione examinabimus. Meminit etiam Vulteius in d.  
c. 8. n. 22. in fin.

b. Bl. in divis. 7. Ias. in prælud. n. 106 & seqq. Aluar. divis. 1. Iacobin  
de S. Georg. in d. verb. in feudum, n. 21. Rebuffus divis. 10. n. 22. Sons-  
beccius par. 3. n. 20. Duar. d. c. 4. n. 2. Clarus s. feudum, q. 11. VVesenb.  
c. 2. n. 9. Borcholt d. c. 4. n. 23. Vulteius in d. c. 8. n. 22. Excipitur au-  
tem in feudo non Ligio Imp. vel Rex, c. un. & fin. in fin. ubi Dd. de pro-  
hib. feud. alien. per Frider. c. un. in pr. & ibi Dd. de norā form.  
fidel. antiquior Dominus, c. un. s. fin. heic finit lex, Borcholt c. 8. n.  
23. 24. & pater. Contra patrem enim, ut nec contra seipsum, Dominū  
juvare vasillus non tenetur. Patri quippe naturali & civili jure de-  
bet fidem, obsequium & honorem: Domino vero saltem civili. Cujac.  
lib. 4. tit. 31. Hattyser. d. c. 4. n. 8. Dissent. Hotom. in d. c. un. s. 1. & s  
fin heic finit lex, (p. 429. 447.) Borcholt d. c. 8. n. 24. in fin. & Dd.  
communiter.

ZΗΤΗΜΑΤΑ.

An quis possit esse duorum Dominum vasillus, ut vocant,  
ligius a: & an etiam Pontifex Romanus in feudo non ligio exce-  
ptus videatur b? Vtrumq; negamus.

a. Gl. in clem. pastoralis, verb. homoq; ligius, ubi Dd. de re judic. Bl. in  
divis. 7. Ravennas in proœm. Iacobin. d. verb. in feudū, n. 19. Duar. d. c.  
4. n. Hattyser. d. c. 4. n. 8. in fin. Vult. d. c. 8. n. 21. qui multas refert au-  
toritates, Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10. p. 184. Non tamen dubitamus,

que

2 F N I 9

quo minus unus alterius vasallus, alterius ligius esse queat. Dd. in  
suprà allegatis locis. Aluar. divis. 13. n. 22. Bodin. d. cap. 10. pag.  
181. & seq. Diss. Vulteius in d. c. 8. n. 22. cuius rationi ex adductis in  
th. 10. suprà satisfieri potest.  
b. Vulteius d. c. 8. n. 22. (p. 297.) Dd. fere communiter dissentient,  
quemadmodum videre est ex Bald. in 7. divis. Aluar. in divis. 13. Cur-  
tio par. 1. c. 8. n. 23. & alijs.

## XVI.

Ab adjuncto dignitatis feudum vel nobile est, vel ignobile.  
Nobile est, quod conceditur alicui ab eo, qui habet pote-  
statem & voluntatem nobilitandi: Ignobile, quod conceditur  
sine fine nobilitandi.

Vulteius in exegesi feudali, p. 24. & lib. 1. de feudis, c. 8. n. 9. ubi com-  
munes Dd. definitiones examinat & refutat. Vide, post Bl. & Ias. in  
divis. 10. Aluar. in divis. 2. qui Burgense vocat feudum ignobile. Iaco-  
bin: de S. Georgio, d. verb: in feudum, n. 24. Rebuffus divis. 3. Zas. par.  
2. n. 2. Duar. c. 4. n. 8. Borcholt. 4. n. 15. Rosenthal. c. 2. conclus. 3. Nec  
illos audiendos putamus, qui hujus divisionis quatuor membra faci-  
unt, dum feudum aliud nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter  
seu mediocriter nobile; aliud denique non nobile, seu ignobile consti-  
tuunt. Iacob: de Belviso, in proœm: feudor: Iacobi: de S. Geor-  
gio, d. verb: in feudum, n. 24. Præpositus divis. 2. Ias: divis: 10.  
Alvarott: divis: 21. Laudensis in c. vn. n. 55. de his, qui feudum da-  
re posse. Iohan: Andreæ in addition: ad Specul. in rubr. de præscri-  
ption: ubi communem dicit. Rebuffus d. divis. 3. Nam hæc quatuor  
membra omnia in nostrâ bimembri rectè comprehenduntur. Majus  
enim & minus non constituunt diversas species, t. fin. de fundo in-  
structo, vel instrum: leg. & quemadmodum, quod optimum est, id  
quæque bonum est, t. ubi autem 75. in princ. de v. O ita etiam qui  
modice nobilis est, nobilis rectè dicitur. Zas. part. 2. n. 2. præsertim  
verò eam ob causam, quod illorum sententiam probamus, qui feu-  
dum non aliter nobilitare asserunt, quam si concedatur ab eo, qui &  
potestatem & voluntatem nobilitandi habeat.

Et hæc de definitione & divisionibus in genere  
dicta sint: specialia in sequentibus disputatio-  
nibus explicabuntur accur-  
ratius.

## F I N I S.

16

COLLEGII FEVDALIS  
DISPUTATIO II.  
DE ORIGINE ET PRO-  
GRESSU FEUDI:

*Quam,*

Divina favente clementia,  
SUB PRÆSIDIO CLARISSI-  
MI ET CONSULTISS. VIRI, Dn, D. THEO-  
MA FRANTZII, I. C. & feudalis juris in illustri  
Vitebergensum Academia Professoris Publici,  
exercitij causa, pro ingenij viribus de-  
fendere tentabit,

PETRUS KLESSSEN, MARCHIA-  
CUS.

Ad VII. Calend. Iulij, hora locog consuetis.



WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mulleri. Anno 1596.

DISPVT. II. FEVDALIS.  
DE ORIGINE ET PRO-  
GRESSU FEUDI:  
*Continuatio.*

**A**bsolutis ijs, quæ de essentia feudi consideranda sunt, ordinis & Methodi ratio exigit, ut de existentia ejus, hoc est, de origine & progressu feudi aliquid subiiciamus: In omnibus enim rebus id perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat, cuiusque autem rei potissima pars est principium: De feudorum ergo jure tractare, feudi initij omissis, atque origine non repetita, inconveniens erit. Ista enim praefationes & libentius nos ad propositæ materiæ lectionem perducunt, & cum ibi venerimus, evidenter præstant intellectum.

*L. 1. & 2. De orig. jur. ubi Br. Ioh. de Garron. Cujac. & Dd. f.  
& quia vidimus, De his qui feu. dar. pos.*

T H E S I S . I.

**I**N disputatione de feudi origine dum maximè occurunt controversa: Vera ne mpe feudi constituti causa, & constitutionis tempus. Primam quæstionem definit causarum externalium series, quæ apud Iurisconsultos passim reperitur enumerata. Ex quibus primæ sunt amor & honor.

*c. 1. De feud. dat. in Vic. l. com. c. 1. in fin. Qual. jur. deb. Vas. c.  
1. De for. fidel. c. 1. De nov. for. fid.*

II.

Amor est affectus Unionis: Honor est officium debitum virtuti, ejus meritum representans. Virtus ergo quam feudale jus fidelita-

fidelitatem nominat, principium est omnis feudi. Hæc virtus  
honore non est destituenda, ne inde interitus imperij generetur.

Bod. lib. 5. de Repub. c. 4. Scalig. de subtil. cent. Card. exerc. 307.  
sext. 24. exerc. 301. sept. 1. exerc. 317. sect. 12. Arist. 1. Rhet. c. 5.

### III.

Honoris itaq; privatio movit voluntatem constituentis feudi,  
ut illorum introductionem appetere inciperet, Movit autem  
per amorem virtutis & conservandi imperij.

c. 1. in prin. De prob. feud. al. per Lothar. c. 1. in pr. De prob.  
feud. al. per Fid. & ibi Bl.

### IV.

Vnde manifestum est, finem feudi duplarem esse, ordinarium  
tinum, absolutum alterum. Ordinarius vicissim est duplex ope-  
ris & operantis: Operis finis est feudi ipsius constitutio, ut nem-  
pe res illa, cui feudi forma introducta est, hanc novam qualita-  
tem in se recipiat, & beneficium fidelitatis sive feudum sit & di-  
catur. Quod quia non in agendo, sed in faciendo consistit, ab ha-  
bitu pratico perfectum esse necessum est.

Arist. lib. 6. Ethic. c. 2. & 4. lib. 2. Eudem: c. 10. lib. 1. Rhet. c. 5.  
Scal. de art. part. lib. 1. c. 1. & de Subtil. exerc. 61, sect. 3.

### V.

Operantis finis est, honor virtutis feudi facti quod consistit in  
honorifica cum subiecto fidelitatis communicatione, propter  
quem finem feudum tanquam à pratico veri Domini habitu in  
Vassallum translatum, beneficij naturam rectè dicitur assumisse.

Tull. lib. 3. off. c. 1. in fin. In quibus ca. feud. amit.

### VI.

Finis absolutus, ad quem tam fidelis quam beneficis cum  
feudo tendunt, est imperij conservatio. Hujus enim fruitione  
absolutum est totum opus feudi.

Bodin. d. c. 4. lib. 5.

### VII.

Constat etiam hinc quæ sit feudi constituti causa efficiens  
vera, nempe beneficentia. Nam beneficium nullam virtutem ali-  
am agnoscere potest, sui genitricem, quam hanc solam.

d. c. 5 fin. In quibus ca. feud. amit.

Illud enim certū est, feudum esse, ex genere bonorum civiliū,  
non eorum quæ unionem constituunt, sed quæ eam conservant.

d. c. Vn. De. prohib. feud. al. per Loth. & Frid.

### C. 2.

Non

Non ergo à sapientia politica, unionem constitutive, sed à virtute petenda erit ejus origo, unionis conservatrice. Hæc in imperante justitia est, in obsequente fidelitas, quæ Duo sibi ita correspondent, ut hac civilis beatitudo inchoetur, illa perficiatur, ut dictum est disp. præced. thesi 2. & 5. nam tribuit suum cuique l. 10. de just. & Iur. § 1. instit. eod. tributum hoc vel cum beneficio est vel sine eo sed & quod principi instit. de jur. na. gent. & civ. Cum beneficio, quoad illos, qui publice de toto imperio vel aliqua ejus parte benemerentur d. § sed & quod principi. Hujus autem beneficij introductio & communicatio in causa est, ut Virtus imperantis non retineat nomen justiciæ, sed acquirat singulare nomen beneficentiae, cuius signum est honor, Principium est amor, effectus beneficium, ut supra ex Arist. Scalig. & alijs fuit explicatum. Itaque causam feudi beneficiariam esse, necessariò sequitur. Dissent. 1. Afflict. in prelud. feud. n. 63. qui legem sive constitutionem Principis dicit esse feudi causam efficientem. Dissent. 2. Bl. in prelud. feud. n. 18. qui privilegio hani vim tribuit. 3. Communis Dd. Schola, qua feud. originem à consuetudine deducit.

#### VIII.

Quoniam vero beneficentia est Virtus, Virtus vero habitus, habitus deniq. qualitas animi, crebris actionibus comparata ad agendum vel faciendum secundum rectam rationem, hanc virtutem homini inesse necesse est, quem talem facit, ut per & propter eam non amplius simpliciter hominis, sed hominis beneficii dignitatem adipiscatur.

c. 1. In quibus Ca. feud. amitt. c. 1. in fin. ibi censabitur maleficus sumto arg. à contrario sensu De form. fidel. scal. exerc. 307. sect. 27. Arist. lib. 6. Ethic. c. 2. & 4.

#### IX.

Beneficus autem propriè is est, qui de suo proprio alijs secundam rectam rationem communicat. Merito ergo is, qui feudum constituit & alijs ita communicat. Signor Lombardis, Dominus nobis appellatur.

s & quia vidimus in pr. De his qui feud. dar. pos. & passim.

#### X.

Id vero quod Dominus per feudū alicui communicat beneficium est honor et, & portio imperij est. Hæc in nullius dominio sunt, nisi quis iura majestatis et lib. solutam potestate habeat, a preter huncero nemo auro feudi esse potest b. a. De

a De beneficio est iex. Exp. in s. sed & quod principi inst. de jur.  
nat. gent. & civ. l. 1. l. fin. C. de ll. l. 3. De constit. pr. c. cum dilect. in  
fin. De donat. c. olim De VS. l. tutores & de restit. in integ. l. inter  
26. cum l. seq. C. De. fide juss. l. Un. C. Qui bon. ced. pos. Nov. 4.  
Nov. 9. l. Vn. & ut plenius C. de rei ux. act. Nov. 81. & passim.  
De honoris autore scribitur in Nov. 70. l. 1. & tit. C. ut dignit. ord.  
serv. l. 3. C. ubi senat. vel clariss. l. 1. & t. tit. C. de honorat. veh.  
l. 1. C. d. off. civil. Iud. l. 18. C. de. Episc. & Cler. l. 12. l. 14. & t.  
tit. de Mune. & honor. l. 17. S. is qui De decur. l. 5. De vac. mun. l.  
12. C. de ijs qui sponte pub. mun. sub. lib. 10.

Imperij Dominus quis sit traditur in l. 1. & ibi Bud. ad l. 1. l. de  
amb. l. 2. S. quod ad. Magistratus De orig. jur. l. quidam 57. De re  
jud. l. 2. de al. scrib. Nov. 105 c. Vn. & judices De pac. Jur. sim. c. Vn.  
De Regal. Quintil. lib. 6. inst. orat. c. 2. Zaf. in cat. ll. antiq. Menoch.  
cas 401. n. 14. Capic. dec. 130. n. 26. Vasq. lib. 1. cont. c. 21. n. 7.  
Duar. lib. 2. disp. c. 19. Hottom. q. ill. 2. Menoch. lib. 2. de præ-  
sumpt. c. 14. in pr. Auth. De defensor. Civ. & interim not. In l.  
more cum l. seq. De juris d. l. privatorum 3. C. eod. c. judicibus 2.  
q. 6. (b) c. 1. & ibi Bl. & Dd. Quis dic. dux c. 1. De feud. March.  
c. 1. De his. qui feud. dar. pos. Dissent. com. Dd. omnes in c. 1.  
Per quos fiat in vestit: qui omnibus illis, qui legitimam re-  
rum suarum administrationem habent, feudi autoritatem  
tribuunt, quos refutavit D. Franzius in rep. c. 1. in pr. De  
bis qui feud. dar. pos.

## ZHTNUAE

An omnis, qui ll. solutam potestatem habet efficere feodium  
potuerit? Respondemus sub distinctione: Monarchia enim ἀριστο-  
κρατικῶς gubernata feodium efficere. Aristocracia μοναρχικῶς ad-  
ministrata illud conservare potest. Democratia non potest, quo-  
cunq; regatur modo.

c. 1. De his qui feud. dar. pos. c. 1. Quis dic. dux. c. 1. de prohib.  
feud. al. per Loib. c. 1. De prob. feud. al. per Frid. c. Vn. De l.  
Corrad. c. 1. De capit. Corrad. c. Vn. Quae sint Regal. & possim.

## XI.

Et haec de causis originis feudi dicta sunt: Tempus quod  
feuda στρωδῶς produxit, incidit in Italicū. Caroli Magni auto-

negatwȝimdy imperium. Rationes vide in defensione D. Franzium pro Carolo Magno. Autoritates harum rationum ponimus in collationi textuum Iuris feudalis.

In c. De his qui feud. dar. pos. c. 1. De form. fidel. c. 1. Quāl. jur. deb. Paf. c. 1. Quis dic. Dux. c. 1. in quibus ca feudal. amit. c. 1. De cogn. feud. in quibus textibus substantia feudi, quo ad originē & conservationem per investitram & fidelitatem ejusq. juramentum explicatur. Cum ergo horum omnium autoritas tribuatur Carolo Magno à Blon in Liguria p. 293. E. Hetrur p. 350 G. de inclinat. Rom. Dec. 2 lib. 1. p. 167 Paul. Emil. in vita Caroli Mag. lib. 2. p. 93. tum seq. p. 103. cum seqq. lib. 3 in pr. Sigon. lib. 4. in prin. facit c. Adrianus Dist. 63. c. hortau 23. q. 8. Monach. Egolismen. in vita Caroli Mag. p. 239 p. 248. Cum seq. p. 252. in fin. Addit. Eutropij in vita Caroli Mag. Stadensis in Chron. an. 799. Compilat. hist. Eccl. cent. 8. c. 7. p. 513. Avent. lib. 4 an. Reg l. 2. Sigebert. anno 801. cum seqq. Balaus in vita Leonis 3. T. P. illyr. in Catal. test. verit. Reinec. in comment. hist. Carol. Mag. lib. 3. annal. 799. indict. 6. p. 44. II Carol. Mag. lib. 1 et 2. per tot.

Dissentient primo, qui feudi originem deducunt à Nembrode, constitente imperium Babylonicum vivo adhuc Noah, Niel in disp. feud. 1. th. 1.

2. Qui statuunt feuda cum Romanorum Clientelis cepisse, Budæ. in l. Herennius de evitt. Zaf. in l. 2. ff. de orig. jur. & p. 1. de feud. n. 1. Hanno. cap. 2. lib. 1. de feud.

3. Qui feuda derivant à prædijs stipendiarijs Luc. de Penna in l. quicunq. 3. C. de omni agro deserto lib. 10. quem refert Mar. Frecchia lib. 1. Feud. tit. 1. num. 18. Eum sequitur Pyrrhus in d. l. quicunq. 3. & in l. 1. col. C. de petit. honor. sublat. l. 10.

4. Qui feudalia jura referunt ad agros imperij extremos, quos solebant Imp. militibus assignare, Lælius Taurel. de miliijs ex casu in fin. Hotom. indisput. feud. c. 4. Lazius lib. 1. de Repub. Romanor. c. 2.

5. Qui accensent hæc jura ad Colonos & Inquilinos, quibus agri certi in perpetuum olim attributi erant, ea conditione, ut dum eos colerent, certam eorum nomine pensionem præstarent, nec dimittere eos possent, nisi forma legis observata l. 6. 18. 19. C. de agric. & censit. Taurel. in tract. de miliijs ex casu. Frecchia de subfeud. Baron. lib. 1. c. 1. & Garz. c. 12. de expens. et melioram.

6. Qui

6. Qui feuda referunt ad ea, quæ de hominibus injure nostro  
passim traduntur Cujac. in prælud. feudor. pag. 7. et lib. 1. de feud.  
c. 1. S. & quia vidimus pag. 21. item lib. 8. obs. cap. 14. Borch. de  
feud. c. 2. n. 12.
7. Qui à primis Gallis originem feudorum deducunt, & inde ad  
Germanos, Italos, Hispanos, aliosq; Europæ populos fluxisse au-  
tumant. Fran. Conan, lib. 2. comment. jur. Civil. c. 9. n. 5.
8. Qui hæc jura referunt ad Colonos illos, quos antiqui saepe ar-  
matos secum in bella deducebant, eorumq; opera & auxilio ute-  
bantur. Haloand. in Nov. 97. Vigl. Zwicknag ad Rubr. Instit. De  
milit. testamen. n. 22.
9. Qui putant feuda, quò ad nomen & formam, fuisse inventa à  
Gotthis, ad æmulationem tamen & exemplum eorum, qui & Cli-  
entelas & militiae instituerunt, à quibus omnibus feuda aliquid  
aceperunt Guer. Pis. Soac, in prælud. feud. tit. De orig. jur.
10. Qui feudorum originem ad fædera, comiter majestatem alte-  
rius populi observatura, referendam esse censent. Hott. in disput.  
feud. c. 2. Joh. Garz. d. tit. de Expens. & melioram. c. 12. n. 62.  
& seqq.
11. Qui statuunt feuda à Longobardis profluxisse Isern. in præl.  
feud. q. 4. Affluct. n. 27. & in c. 1. n. 3. De cent. inter Dominum &  
Vasal. Clar. S. feud. q. 1. Landen. c. 1. n. 24. Jacob De Belviso c. 1.  
S. fin. De his qui feud. dar. pos. Duar. de feud. c. 3. VVesemb. in pro-  
am. n. 1. Montan. lib. 1. cap. 1.
12. Qui hæc jura referenda esse dicunt ad consuetudinem depor-  
tandi facinorosos ad extremos Imperij limites. Hottom. lib. 1.  
disp. c. 2.
13. Qui feudum putant cum Constantino Magno cepisse Gl. spe-  
culi Saxon. in præfat. & in privil. Cöler. in Orat. de orig. jur.  
Sax. in pr.
14. Qui contendunt orta esse feuda à Phrysonibus Suffrid. Petri.  
In hist. virorum illust. Dec. 1. in Phryson.
15. Qui omnes illas opiniones, præsertim quæ præcipuae sunt,  
concordiæ vinculo conglutinarè conantur. Garz. ind. tit. de Ex-  
peus. c. 12. n. 32.

XII.

Et hoc est antiquissimum illud Iuris consulti tempus, quo  
ita in Dominorū potestate fuit connexum, ut, quando vellent,  
possent auferre rem à se in feudum d' atam. Regia enim manu  
Carol. Mag. gubernabantur omnia,

S. C.

S. & quia vidimus ubi D. Franz. latè, De his qui feud. dar. poss.  
Sig. d. lib. 4. Annal. Caroli Mag. lib. I. an. 776. indic. 13. & ibi  
Reuer. lit. b. Avent. in annalib. 4.

XIII.

Victo enim captoq; Desiderio, & Longobardis omnibus in fidem ac ditionem acceptis, Carolus regnum Italicum sibi jure Victoriae vendicavit. Modoëtiæ ergo per Archiepiscopum Mediolanensem corona ferrea redimiri voluit, atq; ut ita apud posteros observaretur, instituit.

Sigon. d. lib. 4. in pr. fac. c. I. De prob. feud. al. per Frid. c. I. De prob. feud. al. per Loth. Aurea Bull. Car. 4. de coronat. imper. Gl. LandR. lib. I. art. I. Gl. in Clem. Romani De jurejur. Schleida. in Chron. Germ. lib. I. Tholos. in Syntag. lib. 13. c. 2. in fin.

XIV.

Sed & officij sui esse dux Italiae, cuius Rex atque arbiter non solum armis, sed etiam II. erat effectus, Rempub. ordinare. Quoniam autem commodius consilio & autoritate Hadriani P. P. se omnibus partibus consulturum esse putavit, Romam ad consilia cum eo communicanda iter intendit. Eo cognito Hadrianus extemplò, sacros ex Italia proceres evocavit, & cum Episcopi 154. & Abbates quam plurimi convenissent: Carolum solenni occursu civitatiscepit, atq; ad eos de illius honoribus retulit. Vizum omnibus est, praesenti tempori convenire, ut Rex potentissimus, atq; optimè cum patre avoq; de Romana Ecclesia meritus, extraordinarijs honorum afficeretur insignibus: Itaq; universo procerum consentiente conventu decretum, ut Carolus Patricius Romanus esset, per singulas provincias Archiepiscopos & Episcopos institueret, ita ut, nisi ab eo laudarentur & instituerentur, à nemine sacraarentur. Et ut Pontificem sedemque Romanam ordinaret. Et hanc Episcoporum institutionem Investiturā illi vocarunt, eamq; annulo & baculo porrigendo, perfici voluerunt.

Sigon. d. lib. 4. in pr. juncto c. I. Quid sit invest. c. Adrianus dist. 63. c. hortatu 23. q. 8.

XV.

His ille honoribus insignitus eò inde alacrius formando regno, atq; Italiae constituendæ se tradidit. Primum autem Apuliā & Calabriam Imperatori Græco, sicut à victoria fuerat Iustiniani, re-

ni, reliquit, quæ post à Normannis occupatæ in alterius regni formulam concessere, quod demum Neapolitanum est appellatum. Ducatum inde Beneventanum Aragiso, Desiderij regis genero, Spoletanum Hildebrando, Foro Juliensem Rodgando permisit. Exarchatum Ravennatem, Pentapolim Ducatum Perusinum, Romanum, Tuscum, & Campanum jure principatu, & ditione retenta Pontifici permisit, reliqua ipse sibi nomine regni retinuit.

Sigon. & Blan. dd. locis.

### XVI.

Italia divisa, ejusmodi deinde ejus administrationem induxit: duces ipsos liberos esse iussit uno tantum regij feudi vinculo obligatos. Ei vero, qui se obstrinxerunt, ad annum Censum tale Sacramentum suscepserunt: promitto me Domino meo Carolo & filijs ejus fidelem futurum in tota vita, ut Vasallum Domino, non id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, enunciaturum in ejus detrimentum scientem, sine fraude doloq; male.

c. 1. De fœd. March. c. 1. Quis dicat. Dux c. 1. De form. fidel. junctio

Sigon. d. lib. 4. c. 1. Qual. jur. deb. Vasal.

### XVII.

Hoc autem Iuslurandum si se felliissent, aut si sine filiis decessissent, Ducatus ad alium transforebatur, eaq; translatio, ut in Episcopis & Abbatibus, Investitura dicebatur. Atq; hoc idem in cæteris Vasallis sive feudatarijs, ut Comitibus, Capitaneis & Valvassoribus, observatum est.

c. 1. Quæ fuit pr. co. ben. amit. c. 1. S. & quia vidimus vers. postea eò devenutum est, ut ad vitam fidelis perduceretur. De his qui fœd. dar. pos. Sigon. d. lib. 4, d. indict. 13. lib. 6.

### XVIII.

Porro autem populos ac civitates in regno sitas ita gubernare instituit: Regni limites atq; oppida Marchionibus & comitiis administranda commisit, atq; eis omnem publicam & privatam jurisdictionem mandavit. Extra ordinem vero Legatos quosdam in Regnum majore, quam comites, cum potestate misit, quos Missos vocavit. Singularum civitatū agros superiore Longobardorum imperio confusos, aut inter populos ab antiquo litigiosos pro suo judicio, ut quidquam postulatum est, terminare instituit, eosq; ferè aut montibus, aut paludibus, aut fluminibus

D

circum-

circumscriptis. Civitates item in verba regis jurare instituit, atq; in jurejurando hæc verba adjicere: Et vitam, membrum, mentem, & rectum ejus honorem servaturum.

d. c. i. Qual. jur. deb. Vasal. in fin. Sigon. d. lib. 4.

XIX.

Feudatarijs autem civitatibus, Ecclesijs ac monasterijs certa tributorum genera imposuit, Foderum, Paratam & Mansionatum appellata, quæ advenienti potissimum in Italiam Regi persolverent. Quæ deinde, pro ipsius & successorum ejus benignitate, aut ex parte levata, aut in totum remissa sunt. Episcopis & Abbatibus veteres Ecclesiarū ac Monasteriorū possessiones à Longobardis, alijsvè antea concessas, rogatus, à singulis confirmavit, ac pro cuiusq; meritis novas indulxit. Et ut libertatis speciem aliquam præbuisse Italiam videretur, quoties in Italiā venit, conventus Episcoporum, Abbatum & procerum Italicorum habere instituit, & cum ijs res regni gravissimas Francorum instituto communicavit. Idem Legem etiam Salicam in Italiā intulit. Ita ab hoc tempore tribus Italia legibus vixit, Romana, Longobarda & Salica: Observatum est autem, ut, qua quisq; lege vivere vellet, p̄fiteretur, atq; ex ea jus illi diceretur,

c. i. feu. cogn. Sigon. d. lib. 4.

XX.

Statu Italijæ satis, ut res tulit, in præsens formato, Pipinum Filium & post eum Bernhardum nepotem Italijæ regem pronunciavit, Romæq; eum à Pontifice, Modoëtiæ ab archiepiscopo Mediolanente coronari fecit, & cum illis leges, quæ nunc quoq; leguntur, beneficiarias tulit, Quorum imperiū excipiens Ludovicus Pius Imp. maximo conatu feuda conservare studuit. Itaq; II. quasdam extra ordinem Milis suis dedit, ut viderent, ne quid beneficia imperialia detrimenti caperent. Filius vero ejus Lotharius Rex Italijæ à patre Creatus, vestigijs avi & patris insistens, pro fortibus basilicæ Vaticanæ, de feudis publicum eō dictum proposuit, consilio sapientum Mediolani, Papiae, Cremonæ, Mantuae, Veronæ, Tarysis, Patauij Vicentiae, Parmæ, Lucæ, Pisarum, Syponi, Marchionum, Ducum & Valyasorum majorum.

c. Vn. Qui success. teneant. c. Vn. Constitutiones feudorum Domini Lotharij & ibi Holtom. Sigon. d. lib. 4. an. 825. in fin.

Dissent.

Dissent. Cujac. d. c. Vn. Const. Loñthär, qui hujus constitutionis  
auctoritatem Lothario 3. tribuit.

XXI.

Ludovicus 2. Imp. & Rex Italiæ, cum rerum trans Alpes  
nihil haberet, Italiam unam excoluit, eamq; singulari cum cura  
ac fide administrare ac tueri adversus externas impressiones o-  
mnes perrexit, nec solum Papiæ, sed etiam Mediolani, & in alijs  
urbibus pluribus Lombardiæ versari jurisdictionis gratia con-  
suevit. Itaq; & jus populis dixit, & beneficia postulantibus, quæ  
funt visa, concessit. Quod etiam Carolus Calvus, Ludovicus  
Balbus Impp. & Carolomannus rex præstiterunt.

Sigon. lib. 5. an. 855. 874. 877. & seqq.

XXII.

Horum imperium successorio jure suscepit Carolus Crassus  
Imp. cumq; in ipsius tempora incursus Saracenorum in Italia  
incideret, neque Imp. fatis virium compararet illis resistendi,  
Adrianus Pontifex Italiæ proceribus beneficiarijs Imp. rogan-  
tibus decretum fecit, ut, moriente rege Crasso sine filijs, regnum  
Italicis Principibus una cum titulo imperij traderetur. Sigon. d.  
lib. 5. an. 884. Inde inter Germaniæ Imp. Ludovicum 3. Conra-  
dum, Henricum 1. Regem Rudolphum & Italiæ proceres, inter  
quos Guido, Lambertus, Berengarius, Hugo, Lotharius, Beren-  
garius 2. Cum Adelberto filio, gravissima bella exorta parum  
vero de jure feudi constitutum, Italiamq; miserè turbatam legi-  
mus apud Sigon. lib. 5. & 6. per tot.

XXIII.

Hæc turbulentissima imperia sedavit Otto primus Imp.  
Anno 960. victo Berengario secundo Italiæ rege, & totius Italiæ  
imperio potitus, Hic Vetera Caroli Magni instituta magna ex  
parte retinuit, regnumq; ipsum novis ll. temperavit.

Sigon. lib. 6. an. 960.

XXIV.

Erat Italia hoc tempore in has regiones divisa, Apuliam,  
Calabriam, Ducatum Beneventanum, Campaniam, Terram  
Romanam, Ducatum Spoletanum, Tusciam, Romaniolam,  
Lombardiam, Marchias Anconitanam Veronensem, Tarvisi-  
nam Forojuliensem & Genuensem. Ex quibus Apulia & Cala-  
bria, ad quam antiqui Bruttij pertinebant, Græco adhuc Impe-  
ratori

ratori paruerant : reliqua omnia post recuperatam à Carolo Magno Italiam Romani nutum Imperatoris respexerant. Ex his igitur Ducatum Beneventanum, qui antiquo fermè Samnio includebatur Principi Beneventano: Campiniam, cui Lucania quoq; erat adjuncta, Principibus Capuano, Neapolitano, & Salernitano Romanam & Ducatum Romanum Ravennam cum Exarchatu Ducatum Spoletanum cum Tusco & Marchia Anconitana Pontifici Romano. Ottho dimisit. Reliqua Italiae regi adjunxit.

Sigon. lib. 7. an. 973.

### XXV.

Regni vero civitates plerasq; liberas, tributarias omnes reliquit, nam quarundam etiam perpetuos, ut scripsi Marchiones aut comites, superiore sibi reservato jure, constituit. Libertatem autem Civitatum in eo ferè posuit, ut leges, consuetudines, jurisdictionem, Magistratus, vectigalia sui fermè juris atque arbitrij haberent; ita tamen, ut sacramentum regibus dicerent. Quocirca alios sibi præfectos rex, alios Civitates ipsæ constituerunt. Ac quos quidem rex ad jura reddenda, & populos in fide contineendos, in provincijs collocavit, ij Missi, sive nuncij sive legati Imperatoris vocati. Quos vero populi ad regendam civitatem, & jura moderanda posthac creârunt, ij consules duo aut plures fuerunt, ex antiqua Romanæ Reipub. consuetudine sumpti, æqui quotannis ex singulis Civitatibus creati, aut apud Episcopum Civitatis, aut apud nuncium Regis jurarunt.

Sigon. d. loco.

### XXVI.

Hunc autem in modum cum Ottho regni Civitates instituisse, tūm privatos etiam homines præcipuo beneficio sibi complectendos sive ad utilitatem sive ad dignitatem putavit. Siquidem more à Francis accepto fortissimum quenque militiæ tuæ ascribere, eosq;, qui strenuam sibi fidelemq; operam navassent, regalibus suis insignire instituit. Erant autem Regalia dignitates, & prædia, quæ rex benemeritis ad arbitrium concedebat, dignitates aut Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvavores & Valvasini prædia ut Vectigalia, telonea, portus, ripatica, pedatica, monetæ, piscariæ, molendina, salinæ, fluminum usus, & omnis proficisciens ex illis proventus, & quæ generis erant ejusmodi.

modi. Duces erant, qui Ducatum, Marchiones, qui Marchiam,  
Comites, qui Comitatum à rege in feudum acceperant, Capita-  
nei qui à Rege aut Duce, Marchione, Comite vè plebem, plebis-  
vè partem, Valvasores, qui à Capitaneis, Valvasini, qui à Valvaso-  
ribus acceperant, quorum tres priores Capitanei regis, reliqui  
Valvasores maiores, minores, & minimi quoq; vocati sunt. Vnde  
nova nobilitatis ratio in Italiā est inducta, ut iij demum soli  
nobiles judicarentur, qui ipsi, aut eorum maiores his atque ejus-  
modi alijs honestati Privilegijs essent: nam hanc consuetudi-  
nem successores ejus non solum non omiserunt, sed etiam mul-  
tis partibus adauxerunt, sive ut gratiam præfectis suis ac militi-  
bus pro opera, in bellis egregie navata, referrent, sive ut eos sibi  
potissimum clientes devincirent, quorum virtute eam regionē  
continere in fide possent. Atq; hos quidē Feudatarios, Vallallos  
Homines, ac fideles vocarunt. Erat autem feudum sive Hominiū,  
sive Homagium jus, quod Reges, aut qui à regibus acceperant,  
cum dignitate aut prædio aliquo beneficij nomine ea lege alicui  
detulerunt, ut et ipse et ejus posteri heredes se ipsos beneficij ejus  
Auctores perpetuò agnoscerent, ac pro domino colerent, suūq;  
caput, existimationem, fortunasq; jurati defenderent. Qui vero  
feudum contulerunt, iij Domini & Seniores votati sunt. Cæte-  
rum jurisurandi formulæ tres fuerunt, de quibus etiā adhuc ju-  
ra feudalia faciunt mentionem.

Sig. d. loco.

## XXVII.

Quin etiam eadem ratione vetera Longobardorum, Franco-  
rumq; priuilegia Episcopis, Abbatibus, cæterisq; Italæ Ecclesijs  
sigillatim concessa, benigne aut confirmavit, aut multis regali-  
bus permissis amplificavit. Quoniam autem inter civitates &  
Principes, atq; adeo etiam inter privatos homines multæ exi-  
stere controversiæ poterant, de omnibus se cognitum atque  
æqua singulis iura redditum ex legibus scriptis professus est,  
ubi in Italiā venisset. Venire autem instituit, in primis ut Re-  
gni Imperijque insignia suscipieret, sæpè etiam ut eos, qui impe-  
rium detractarent, armis ad officium revocaret.

Sig. d. loco.

D 3

Ejus

## XXVIII.

Eius vero suscipiendæ rei ratio fuit hujusmodi: Mortuo rege Principes, Episcopi que Germaniæ Aquisgrani convocati legitimis subfragijs regem aliquem ex suo corpore designabant: Designatum verò in solio Caroli Magni locabant, quod erat in aula basilicæ D. Mariæ ab eo constructæ, atquæ singuli apud eum sacramenta dicebant. Ex aula inde in basilicam descendenter Archiepiscopus Moguntinus cum Clero occurrens excipiebat, ac populo, qui frequens honesti spectaculi causa circumstabat, regem à Deo & principibus legitum ostendebat. Populus porrectis manibus, ac clamore sublato novo regi fausta, ac prospera omnia precabatur. Inde antistes cum rege progrediebatur ad aram, super quam regia posita insignia erant, atque ei primum gladium cum baltheo, deinde armillas cum chlamide, tum sceptrum cum baculo porrigebat, ac demum oleo sacro perfusum corona imposita consecrabat. Inde ex celso inter duas columnas in solio collocabat, unde facile ab omnibus videri atq; vide-re omnes posset, ac, divina laude cantata in regiam adducebat. Ibi rex solemne cum Episcopis ac principibus epulum celebrabat, atque singulos, pro cuiusque dignitate, donabat. Cæterum coronam Germanicam in omnibus commentarijs argenteam fuisse invenio. Luitprandus etiam auream fuisse negat, at auream, prodit is, qui hujus totius ceremoniæ est auctor, Vuittichinus. Consecrationis autem jus ad Moguntinum antistitem, qui Germaniæ metropolitanus, & regni Cancellarius erat, delatum est, quamvis Treverensis id munus sibi vindicaret, quod Ecclesia sua cæteris antiquitate præstaret, Coloniensis vero, quod ea consecratio in suis finibus fieret. Rebus inde Germaniæ per solennes conventus compositis ad regnum Italiæ, quod post hæc tempora cum regno Germaniæ junctum fuit, suscipiendum veniebat. Vbi verò venturus erat, nuncios præmittebat, more jam tum à Francis instituto, qui civitatibus ad venturum regem nunciarent, ac sacramenta repeterent, & foedera exigenter, aliaque advenienti regi debita officia incideret. Italiam autem ingressus rectâ Mediolanum adibat. Ibi verò condicto die in Ambrosianam ædem procedens, Archiepiscopo, rem divinam facienti, regijs depositis vestibus ac subdiaconi sumptuâ ministrabat. Quare rite perfecta Archiepiscopos sacro ipsum oleo inunge

inungebat, atq; ad reliqua insignia ferream ei Coronam imponebat, ipsum solemni adigens sacramento, se Italiae jura in perpetuum pro viribus tutatrum. Tum vero omnes Magistratus atq; omnes dignitates vacabant in civitatibus. Rex autem adhibito Coloniensi Archiepiscopo, qui regni Italiae Cancellarius erat ex legum scitis, & Ictorum judicio, de rebus omnibus cognoscebat.

Sig. d. loco.

### XXIX.

Itaq; ad Padum descendens in campo quodam, qui Roncaliae dicebatur, non longè à Placentia, considerabat, ibiq; castra in hunc modum faciebat, Loco aut natura plano, aut si inæqualis esset, manu atq; opere complanato, Vallum in orbem aut in quadrum ducebatur. Fabrorum, opificum ac mercatorum turba ad usus necessarios sequens exercitum cum suis tentorijs & tabernis, si quadrata erant, castra suburbiorum, si rotunda, muri exterioris speciem afferebat. Intra castra, vicos apte distinctis, vias dirimebant, plateasq; & portas effingebant, ut quasi urbs quædam repentina existeret. In medio Regis tabernaculum locabatur, templo simillimum, circaq; Principes, ut quisque dignitate præstabat, tentoria sua figebant. His castris locatis rex ad stipitem præaltum scutum suspendebat, eoq; omnes, feuda habentes, ad excubias regi ex instituto agendos, per præconem publicum evocabat. Eademq; ratione qui in comitatu ejus principes erant, singuli singulos sibi addicatos Valvasores citabant, postridie qui non affuisset, feudo multabatur. Inde conventu instituto civitatum legatos vel gratulantes excipiebat, vel excusantes aut expostulantes audiebat, atq; eorum controversias, Ictis adhibitis, cognoscebat, ac leges si erat opus, ferebat,

Sig. d. loco.

### XXX.

Conventu peracto Romam ad tertiam Imperij Romani coronā accipiendam, ipso archiepiscopo deducente, peragebat, singulæ in itinere. Civitates cum faculis & faustis clamoribus occurrentes debita obsequiorum officia enixè præstabant, sin minus, aut pecunia, aut privilegijs multabantur, aut armis ad officium redigebantur. Vbi Romam accesserat, relicto in pratis Neronianis exercitu, ipse cum honesto procerum comitatu Leoninam

nam urbem ingrediebatur, atque ad Pontificem, qui ipsum ex composito in gradibus basilicæ Vaticanæ opperiebatur, adorandum veniebat, atq; ad confessionem S. Petri deductus, suppli- cem ad Deum orationem habebat, Pontifex factis operatur ipsum ab Episcopo Mediolanensi oblatum, ac diaconi vice fun- etum sacro oleo perungebat, digito annulum inferebat, ensem nudum tradebat, &c, capiti corona aurea inposita, sceptrum Imperatorum porrigebat, ille tactis sacris Evangelij perpetuum ac constantem se fore Romanæ Ecclesiæ ac totius Reipub. Christianæ defensorem novo sacramento se obligabat. Deinde ab utroq; ad basilicam Lateranensem adibatur, atq; ibi reliquum Ceremoniarum absolvebatur. Itaque ab hoc tempore, qui rex Germaniae fuit, idem etiam regnum Italiae, & occidentale impe- rium tenuit, ac propterea tres coronas accepit; unam Germaniæ argenteam Aquisgrani ab Archiepiscopo Moguntino: al- teram Italiae ferream Mediolani à Mediolanensi: tertiam Imperij aurea Romæ à Pontifici. Neq; ante Pontificis consecratio- nem Augusti aut Imperatoris nomen usurpavit, sed rex Ger- maniae atq; Italiae, sive rex Romanorum & Imp. designatus ap- pellatus est. Annos autem regnum atq; Imperij à diebus nu- méravit, quibus coronas Aquisgrani Mediolani, & Romæ ce- pisset, quod ex diplomatis eorum appetet.

Sigon, d. loco.

### XXXI,

Et sanè, quamquam Italia à rege, eodemq; Imperatore, & à Romano Pontifice tenebatur, non eadem tamen erat in utroq; auctoritas. Pontifex Romam, Ravennamq; & ditiones reliquas tenebat, auctoritate magis, quam imperio, quod civitatis Pontifi- cem ut Reipub. principem, Regem vero, ut summum dominū intuerentur, atque ei tributa obsequiaque, quæ dixi, præberent. Et Pontificis vires in sacriss detestationibus versabantur, quas Christiani reges tūm maximè exhorruerunt, Imperatoris in ar- mis & expeditionibus, quibus ipsi etiam pontifices cedere sæpè compulsi sunt. Pontifex tamen ab hoc tempore majores indi- es opes habuit, eximijs studijs faventis Italiae sublevatus. Vtra- que vero potestas sacra erat, & ad Christianam conservandam Rempub. instituta.

Sigon, d. loco.

Cæterum

### XXXII.

Cæterum omnium citerioris Italiæ, sed maximè Lombardiae, civitatum eadem fermè reipub. ratio fuit. Nam & Magistratus ferè eosdē crearunt, & optimatum primū, deinde popularem statum eundem habuerunt, & eodem modo optimatum tempub. tribus consilijs administrarunt, quæ & Speciale, Generale & Credentiæ consilia dixerunt. Militiæ vero gravis admodum extitit disciplina, siquidem teste Episcopo Frisingensi Ottone, inferioris conditionis juvenes, vel quoscunque contemptendarum etiam artium opifices, quos cæteræ gentes ab honestioribus & liberalioribus studijs tanquam pestem propellabant, ipsi ad militiæ cingulum & dignitatum gradus evehebant, in cæteris artis bellicæ rudes atque ignari admodum, præ nostræ ætatis hominibus, erant. Ducibus primum domesticis, deinde externis, nempe prætoribus usi sunt, ac post aliquot annos vexillum in aciem produxerunt, quod in curru impositum, & Carrocium appellatum magna religione ad bella miserunt, magnaçue cura in prælio defenderunt. Vrbes arctis fermè murorum ambitibus cingebantur, verum suburbis latius propagabantur: quæ nullis, aut certè tenuibus, plerumque firmata vallis, primas hostium incursiones excipiebant. Ædes privatorum utrobique fermè ex ligno erant confectæ, ac propterea incendijs quibuscunque obnoxiae. Turres tantum altiores ex lateribus potentissimus sibi quisque ab hoc tempore parare instituit, maximo futuras adversus hostes, aut externos aut domesticos adjumento; nullo præsertim adhuc æneorum tormentorum usu comperto, quibus nunc firmissimæ etiam arces, haud magno admodum molimine, deturbantur: atque hoc maximæ potentiae argumento habebatur.

Sigoni, d. loco.

### XXXIII.

Civilibus autem & militaribus honoribus exceptis proximum locum tenebant, qui aut equestri dignitate ab Impp. honestati essent, aut de jure respondere utcunque possent. Literarum ea ætate studia fermè nulla, nisi Philosophiæ ac Theologiæ. Nam jus civile Romanum usque ad Lotharium Impp. qui Henricum est insecurus, propè Italiæ fuit incognitum, & Medicorum usus semper fuit major quam dignitas. Poëtæ &

E

Orato-

LXXX

Oratores, si qui hoc nomine digni erant, sibi potius quam populo canebant, qui vero cæteris antecedere eloquentiae laude, ac varia literarum doctrina putabantur, ij plerique monachi erant. Scholæ quidem publicæ, quæ nunc passim ad excolenda juvenum peregrinorum ingenia celebrantur, de quibus affirmari possit, nullæ tum fuisse produntur. Ecclesiasticorum honorum amplitudo maxima erat, præsertim vero Episcoporum, quorum & reverentia summa, & jus in civitatibus semper fuit amplissimum. Episcopis vero Abbates proximi incesserunt. Presbyterorum, Diaconorum & Cardinalium antiquissima Romæ dignitas, nondum tantis, quantis postea fuit, aut ad opes, aut ad decus, speciemq; præsidij erat instructa. Monachi Benedictini, & Canonici Augustiniani præcipue nominabantur. Clerici antiqua, ut post apparebit, disciplina soluta, minore, quam tanto debetur ordini, apud homines habebantur honore. Ex quibus omnibus intelligi potest, universam ab hoc tempore Italiæ renovatam, atq; aliam propè in omni Institutorum genere esse factum. Sigon. d. loco. Observatus tamen & his & seqq. temporibus est mos eligendi legem, secundum quam quis vivere vellet, ut exemplo Bonifacij & Mathildis demonstrat.

Sigon. lib. 8. an. 1007.

#### XXXIV.

Hunc morem tribuendi feudi, & judicandi de ipsis retinuit Imp. Otto 2 & 3. Henricus 2. Sigon. lib. 7. an. 980. Mediolani vero sub imperio Otthonis III. hanc majestatem sibi Ludolphus attribuit, solvendæ enim fidei gratia prædia ac dignitates Ecclesiasticas possessoribus omnes ademit, atq; ijs, p quos in imperio restitutus erat, distribuit, ac, nova Ecclesiastici feudi ratione inita, in plebe, castris & tribubus urbis locavit, eosq; & ipse capitaneos appellavit, quam rem ægrè ferentibus cæteris, ac mortem ei propterea comminantibus eò confudit, ut capitaneos partem dignatum cum ijs communicare præcepit, ex quibus qui acceperant, ij capitaneorum Valvafores sunt dicti.

Sigon. lib. 7. an. 995. in fin.

#### XXXV.

Henrico 1. successit Conradus Imp. qui ut ipse instituto Caroli Magni & successorum Modoëtiæ coronam ab Episcopo

cepit Mediolanensi ferream suscepit: ita beneficium feudali-  
um conservationem sibi soli competere existimat, legemq; de  
beneficijs talem tulit: Omnibus sancte Dei Ecclesiae fidelibus, & no-  
bris, tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod ad recont-  
ciliandos animos seniorum & militum, ut ad unitatem semper inveniantur  
concordes, & ut fideliter nobis, & suis senioribus serviant, & de-  
votè, præcipimus, & firmiter statuimus, ut nullus miles Episcoporum,  
Albatum, Abbatissarum, Marchianum, vel comitum, vel hominum, qui  
beneficium de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiasticis prædiis nunc  
tenent, aut tenuerint, aut habentur in justè perdiderint, tam de nostra  
majoribus Valvasoribus, quam eorum militibus sine certa & convicta  
culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecesso-  
rum nostrorum & judicium parium suorum. Si contentio emerget in-  
ter Seniorem & militem, quamvis pares judicaverint, illum suo bene-  
ficio careri debere, & ille dixerit, hoc in justè vel per odium facium es-  
se, ipse suum beneficium teneat, donec senior & ille, quem culpat, cum  
paribus ad nostram præsentiam veniant, & ibi causa justè determine-  
tur. Senior vero & miles, qui culpat, qui ad nos venire debuerint,  
sex hebdomadas, antequam ire incipiat, ei, cum quo litigaverit, inno-  
scat. Hoc autem de majoribus Valvasoribus observetur. De minori-  
bus vero in regno nostro, aut ante seniores, aut ante missum nostrum eo-  
rum causa finiatur. Præcipimus etià ut si aliquis miles, sive de majori-  
bus, de hoc seculo migraverit filios ejus beneficium tenere: si vero filios  
non habuerit, & aviaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo bene-  
ficium habeat, servato usu majorum Valvasorum in dandis equis et ar-  
mis suis senioribus. Si vero forte aviaticum ex filio non reliquerit, sed  
fratrem legitimum ex parte patris, et si seniorem offendit, si-  
bi vult satisfacere, & miles ejus esse, beneficium, quod patris sui fuit,  
habeat. Insuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de  
beneficio suorum militum cambium, aut precariam, aut libellum sine eo-  
rum assensa facere præsumat. Illius vero, qui tenet proprietario jure,  
aut pro præcepto suo porrellum libellum, sive precariam, nemo eum de-  
vestire audeat in justè. Fodrum autem de castellis, quod nostri anteces-  
sores habuerunt, habere volumus: illud vero, quod non habuerunt,  
nullo modo exigemus. Sigon. lib. 8. an. 1026. c. 1. s. cum vero Con-  
radus 2. De his qui feud. dar. poss.

## XXXVI.

Post Conradum Henrico secundo imperante, potestatem  
dandi & auferendi feuda penes Imp. majestatem legimus, re-  
silia 33

mansisse. Sub Henrico vero tertio, vel ut alij volunt, quarto, PP.  
Romani Imp. non tantum Clericorum investitura spoliare magna  
vi conati sunt, hoc edito decreto: Ut qui à Laico Ecclesiae inve-  
stituram acciperet, & qui daret, & qui acciperet, anathemate  
plecteretur: sed & Jura majestatis imperatoriæ sibi sub religio-  
nis injustissimo velo vendicarunt. Quibus tam facinorosis co-  
nariibus Henricus IV. Imp. Constantissimè resistens, imperium  
& vitam amisit, Henricus vero V. filius, vim vi, fraudem fraudi  
opponens, jura majestatis & investituras Clericorum ex PP. ma-  
nibus quam fortiter extorsit, tam prodigaliter rursum conceisit.

Sigon. lib. 9. an. 1074. Et seqq. In primis an. 1079, in quo hoc  
decreta est renovatum, & an. 1087. 1107. repetitum. Vid. Si-  
gon. an. 1092, an. IIII. 1122.

### XXXVII.

Edita autem est in hisce tumultibus, & regnante Henrico IV.  
ab Urbano 2. PP. alia Pontifícia sanctio, ut, sine titulis facta or-  
dinatio, irrita habeatur, nevè Clerici de bonis titularibus feu-  
dum dare possint.

c. Vn. Episcop. Abb. Sigon. d. lib. 9. an. 1095.

### XXXVIII.

Henrico V. succedens Lotharius 2. Imp. Clericorum inve-  
tituram PP. reliquit, de laicorum feudis autem constitutionem  
apud Romalias edidit, de prohibita feudi alienatione, quæ ad-  
huc existat.

c. Vn. De prob. feud. al. per Loth. Sigon. lib. II. an. 1136. et an.  
1137. in fin. ubi scribit, Lotharium hunc, ut ex uno iure civili Ro-  
mano post hanc judicia fierent lege sanxisse, Longobardamq; et Sa-  
licam legem abrogasse: Qued tamen mihi non sit verisimile pro-  
pter tex. in c. I. De feud. cog. cuius auctor est Obertus de Orto,  
qui vixit temporibus Friderici 2. imp. atq; ita post tempora Lo-  
tharij 2. interim Iuris civilis studium sub hoc imperatore elegan-  
ter florere cepisse non negamus.

### XXXIX.

Lothario successit Conradus 2. Conrado Fridericus 1. qui  
& novam sacramenti formulam tam à Clericis quam à Laicis  
exegit Sigon. lib. 12. an. 1158. & Pontifici, sub pictura & scriptura  
majestatem conferendæ dignitatis imperatoriæ ambienti, gra-  
vissimè succensuit, regnum deniq; Italiæ per Mediolanentrum  
& alia

& aliarum intestinas seditiones vehementer coneuissum, ad pri-  
mam elegantiam, consilio Bulgari, Martini, Iacobi & Hugonis  
Ictorum, revocavit, à quibus judicatum est, Italiam Imperatori,  
jure à Carolo Magno tradito, regalia universa debere. Quo fa-  
cto, archiepiscopus & consules Mediolanenses, partum in civi-  
tates imperium atq; Episcopi, Principes & Civitates omnes re-  
galia omnia dimiserunt. Hæc vero fuere. Ducatus, Marchiæ,  
comitatus, consulatus, monetæ, telonea fodera, portus, pedatis-  
ca, molendina, piscariæ, omnis utilitas ex decursu fluminum  
proficiscens, & terræ priorumq; capitum census. Quibus o-  
mnibus ad fiscum relatis, tantam tamen ille benignitatem ad hi-  
buit, ut quicunque prædium suum legitima rerum donatione  
probare possent, eos in possessione relinquenter: Qui seculis, spo-  
liaret. Ex quibus ad viginti millia talenta in fiscum annuo vesti-  
gali redacta. Iudicatum est etiam in singulis urbibus Prætores,  
Consules, cæterosq; magistratus assensu populi per imperato-  
rem creari oportere, qui sacramentum ei dicerent, ac jus civi-  
um, regnumq; tueri scirent. Pro his autem recipiendis sacra-  
menta & vades dari sunt, pro arbitrio Imperatoris.

Sigon. lib. II. an. 1159. c. Vn. De regal.

#### X L.

Tum de pace stabienda consultum statutumq; ne civitas  
civitatem, privatus privatum oppugnaret injussu regis, edi-  
ctumq; additum: Ut, si qua civitas hæc jura violaret, centenas Mar-  
ches auri dependeret; Si Marchio, quinquagenas: si Comes quadra-  
genas: Si Capitaneus seu alius Valvazor, vicenas: alijs verò denas usq;  
ad ternas. Quod si solvendo non essent, per quinquennium quinquagin-  
ta millibus passuum longè à patria exularent. Sigon. d. loco. c. Vn. De  
pace ten, et ejus violat.

#### X L I.

Postremò de feudorum alienatione diligentius sanctum est  
ab ipso, per c. Vn. De pro. feud. al. per Frid. Quemadmodum et ti-  
tulus de pace Constantiæ Friderico i. verè est ascribendus.

Cujac. Hottom. C. Dd. dd. locis. Sigon. lib. 14. in fin.

#### X L II.

Sub Henrico VI. & quod ejus imperium secutum est de-  
cennale inter regnum, nihil aperte majestati imperantis in con-  
cessio-

cessionibus feudalibus est detractum, nisi quod PP. Innoc; 3. arbitrium eligendi Imp. ad se rapere conatus fuit.

c. Venerabilem ext. De elec. Sigan. lib. 14. in fin. & lib. 15. in pr.

X L I I I .

Inter regno hoc, nece Philippi, finito, Ottho IV. Imp. ius creandi & conservandi feuda in omnibus imperij ordinibus strenue conservavit, quod ipsum subrogatus Otthoni Fridericus 2. Imp. egregie praestitit.

Sigan. lib. 6. in pr. & lib. 17. in pr.

X L I V .

Sic ergo ab Imp. Carolo Mag. feudum est ortum, & postea tam ab ipso quam ab ejus successoribus per constitutiones conservatum: Cum vero Impp. & reges vocarentur bellis finitimi, & per proceres regis & regni, capitaneos item & Valvassores administrare suas provincias vellent, verisimile est, hos quoque de beneficijs suis, quae alijs dederant, singulariter vel motu proprio vel sapientum consilio jus dixisse, unde observationes illae sunt ortae, quas in curijs, Mediolanensi, Cremonensi, Placentia, Parmensi, Veronensi & alijs pro iure legimus custodias. His tertio loco accesserunt pronunciandi & judicandi formulæ diversæ in casibus occurrentibus, quæ diuturno usu appabantur retentæ, tandem pro lege sunt custoditæ. Hinc factum, ut Obertus de Orto & Gerhardus Niger, qui sub Friderico 1. Imp. Coss. Mediolanenses fuerunt, Epitomen quandam juris feudalnis sibi suisq; filijs conscriberent tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. lib. 1. & aliquot seqq. tit 28. lib. 2. c. 1. In quibus ea. feud. amit. c. 1. De consuet. Mediolan. secundum quosdam c. 1. Hic finitur Lex & postea consuet. regni incip. Sigan. De reg. Ital. lib. 8. Vrspurgens. Frising. Radevic. Nacler. Avent. Trithem in vita Frid. 1. Cujac. & Hottom, in prælud. feud.

X L V .

Quæ omnia iuracum eo, quem habemus, ordine collegisset Hugolinus Ictus, eamq; farraginem Interpp. Ius civilis decimam Collationem fecissent, & publica interpretatione illustras- sent, rectè dicimus, jus feudorum partim constitutionem Imperatorum & Regum esse, partim Magistratum edictum, partim Prudentum responsa, partim usum et consuetudinem: Hoc vero omne, cum in unum volumen congregatum ab Imp. Pontifice & alijs

alijs statibus approbatum sit, vim legis universalis obtinere, & legi Romanæ derogare: Ejus enim quamvis non sit vilius auctoritas, tamen non est adeò sui valitura momento, ut consuetudines, juri feudali insertas, vincat, aut rationem.

Qdof. In Auth. Cass. C. De S S. Eccles. c. I. De feud. cog. c. novit. c. caterum De judic. c. quæ in Ecclesiæ De constit. c. ad audi-entiam c. si diligenti De præscrip. c. ex communicatus De hæret. I. per tuas De donat. c. in quibusdam c. ad aures. De pæn. c. gra-rem Defen. excom. Late. Sylva. De feud. recog. q. 2. per tot. Cujac. Hottom. Baro. in præl. feud. in pr. Schrad. De feud. p. I. q. 1. & 2.

### X L V I.

Strenuus ergo Iurisperitus, sicuti casus emerserit, qui con-suetudine feudi non sit comprehensus, absq; calumnia uti poterit lege scripta, tam civili quam Canonica.

d. c. i. in fin. De feud. cog. late. Schrad. De feud. q. 6. Dissent. Molin. in consuet. Paris. § I. Cl. 5. n. 72.

### X L V I I.

Imò & argumenta à simili, à contrario sensu, à ratione con-suetudinis larga, & alia ex jure feudalieducere licet.

Late Schrad. d. p. I. q. 3. 4. 5.

Et tantum De origine & progressu feudo-rum, jurisq; quod ex illis oritur, ex antiquitate & repetivisse sufficiat.

F I N I S.



DISPUTATIO III.

DE PERSONIS ET RE-  
BUS FEUDALIBUS.

Respondens

M. WOLFGANGUS RICHTER,  
Freibergensis.

THESES I.

**S**upponit ut de subjecto Feudum recipiente & ejus effectu dicamus: Illud est duplex; aut enim recipit in se feudum constituendum, aut recipit ad se feudū constitutum: Ad primum referimus res omnes aptas ad Feudi naturam recipiendam: quæ apti uno tria pro forma requirunt: Primum est, ne aliena vel alij obligata, sed constituentis propria sit & maneat.

C. i. inf. ibi proprietas remaneat apud dantem, in quibus causis feud. amitt. C. un. per totum. De investit. de re alien. fac. s. callidis. De prob. feudi alien. per Frid. C. un. Qual. domin. prop. feud. privet. C. un. s. domino. Si de feud. def. cont. sit. C. un. De evict. C. un. an. praesc. feud. acqui. C. un. de invest. alien. beneficij. C. un. Si de feu. vasal. ab aliquo interpel. C. un. De allod. Dissent. Schrad. p. 3. c. 2. n. 7. 8. 9. & seqq.

II.

Alterum est ut in ea usus fructus constitui possit. Immobilis ergo vel æquipollens: Pecunia enim vel aliæ res mobiles & se moventes quæ usu consumuntur ad feudi formam recipiendā ineptæ sunt, etiamsi cautio usufructuaria præstetur.

d. C. un. inf. In quibus caus: feud. C. un. s. sciendum. De cognit: feu. C. un. s. quamvis. De investitur. de re alien. fac. C. un. inf. Quis dicat. Dux. C. un: de fil: nat: ex mat: ad morgan: cont: Schrad: De feu: p. 3. c. 1. n. 7. cum seqq. Rosenth. De Feud. c. 4. Concl: 9. 10. 11. 12. Dissent: Blan. de feud. C. 6. n. 7. Afflict. d. s. Sciendum de feud. cognit, n. 8.

Tertium

### III.

Tertium requisitum est, ut beneficiata sit; Ergo ex patrimonio regis vel principis, privatorū enim dominia per se inidonea sunt ad naturam hujus beneficij sustinendam.

d. c. I. inf. In quib. caus. feud. amit. c. I. de. prohib. feud. alienat. per Frider. C. un. in pr. De allod. Const. Conrad. De benefic. in pr. Ifern. C. I. §. valvasores. Quis dic. dux. Pistor. p. 2. q. 38. n. 7. Dissent. Scrud. p. 3. D. 3. n. 4. 5. 6. 7. & Com. Dd. omnes quos refert & sequitur Rosenth. C. 4. Con. I.

### IV.

Patrimonium vero Principis quod per beneficium suis vasallis communicat, vel est Ecclesia vel populus. Ecclesia est res feudalis clericorum, Populus est res feudalis laicorum.

Carol. Mag. in ll. suis lib. I. c. 124. juncto c. I. 2. 155. 163. 166. lib. 3. c. 75. 82. & passim. I. Q. id dicatur dux. f. c. I. 3. in pr. ibi: Ecclesiar. quae ijs subiectæ sunt. Episcopum vel abbatem. C. I. §. inde. De alienat. feud. C. I. vers. testes vero, ibi: à Comite vel à populo. Si de investitur. inter dom. & vasal. lis ori. C. un. in pr. & versic. Si vero. De pace tenend. & ejus violatoribus. C. I. in pr. Hic finit. lex. C. I. §. fin. De cap. Corrad. C. un. Conditionem tac. feud. sequi. C. un. Eccles. fidelita. non facere. C. un. in pr. vers. hoc quod nos. De pace Constant.

### V.

Ecclesia rursus distribuitur in Episcopatus, Abbatias, Præposituras: Episcopatus in primatum sive metropolin, archiepiscopatum, & episcopatum simplicem: (a) Abbatia in regularem & irregularem sive Commendatam, (b) Præpositura in claustralem, conventualem & secularem. (c)

(a) d. c. un. Condit. tac. feud. seq. C. un. in pr. de his qui feud. dare poss. C. un. Episcop. vel abbatem. Raba. lib. I. C. 5. De institut. Clericor. Carol. M. in ll. lib. I. c. 13. 84. 134. & 135. Gutirer. in Spec. Rom. Pontif. C. 15. (b) Tholof. in Syntag. lib. 15. c. 12. & 13. Hospin. de orig. monach. p. 2. c. 15. p. 2. c. 17. Stumpf. lib. 5. c. 5. Annal. Heluet. Rebuff. de Commen. n. 26. (c) Clement. 2. de Rescript. Clement. 1. & 2. De stat. monach. & ibi Bonifac. de Vitalin. Innocent. in c. postulasti. De jure patronat. C. cum ad monasterium. De stat. monach. Tholof. d. lib. 15. c. 18.

### F

Populus

V I.

Populus discretus est in Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Civitates, pagos, villas. (a) De quibus omnibus hæc Regula traditur: Conditionem, hoc est, qualitatem tacitè feudum sequi, nisi nominatum in ipsis feudorum traditionibus ipsæ conditiones excipiuntur. (b)

(a) d. C. un. in pr. De his qui feud. dar. poss. C. un. De feud march. C. un. De cc. Conr. C. un. de pace Constant. C. un. & ibi latiss. D. Franz. Quis dicitur dux. Sigon. de regno Ital. lib. 4. & 7. in pr. II. Carol. M. C. 61. 62. 91. 110. 132. 158. 163. lib. 1. C. 4. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & pass. lib. 2. C. 19. 20. 24. 26. 45. 50. 51. 52. 69. 71. 72. 73. 75. 77. 80. 81. 82. 83. 88. lib. 3. (b) C. un. Condit. tac. feud. s. q. C. un. Vasall. poss. in ali. feud. art. leg. transf. C. un. in pr. ibi si antiquitus consuetudo sit. De his qui feud. dar poss. C. un. Episcop. vel Abbat. C. un. de Cleric. qui invest. fec. C. un. De puce Constant.

V II.

Quicquid ergo horum omnium princeps feudum esse vult, illud feudum est, & est ea qua princeps constituit conditione, dignitate, imperio & modo, quem cognoscimus ex fundatione & investitura. (a) Potest ergo feudum ad se recipere res principis sacra & prophana, universalis & singularis, regalis & non regalis, (b) soli & solo cohærens, immobilis, & huic æquipollentes annui redditus, annuae præstaciones (c) & c.

(a) C. un. in pr. & s. & quia vidimus. De his qui feud. dar. poss. C. un. quis dicitur Dux. (b) C. un. Episcop. vel Abbatem. C. un. Cleric. investitur, fac. poss. C. un. de invest. veteris & nov. benef. C. un. s. fin. De cc. Conrad C. un. Si de feud. vasall. ab aliquo interpell. fuer. Dissent. Schrad de Feud. p. 2. C. 1. 2. 3. 4. Rosenth. C. 4. Concl. 16. (c) C. 1. s. sciendum. De feud. Cognit. & ibi Dd C. 1. s. fin. In quibus causis feud. amitt. C. un. De cont. int. Epis. & vasall.

V III.

Vbi porrò tēnendum est, feudo constituto, constituta illa esse, sine quibus feodium non potest explicari, qualia sunt, imperium, dignitas, honor, in vasallo accipiente: Solum, territorium, fructus, in re feudi comprehensi.

d. s. sciendum. facit l. 2. De iuris dict. Schrad. Rosenth. d. loco.

Eg

## IX.

Et hæc est natura subjecti recipientis in se formam feudi;  
Subjectum quod feudum ad se recipit, quia totius imperij basin &  
fundamentum sustinere creditur, nominatur generaliter Vassus vel  
Vassallus. Ejus conditio hæc est, ut constituentem agnoscat supe-  
riorem & beneficium dominum, se vero inferiorem & fidelem  
subditum;

C. i. de his qui feud. dar. poss: C. i. Quis dicitur dux. C. i. de  
feudo March. C. i. in fin. de CC. Conr. & poss. Gorop. in Hermat.  
lib. 6. p. 123. & seq. Vide Borib. C. i. Hotom. in Comment. verb.  
feudal. qui alias vassalli Etymologias recensent.

## X.

Horum tres sunt ordines, Supremi, medi & infimi: Supremi no-  
minantur proceres regis & regni, propterea quia a rege & regno  
constituuntur, suntque aut Ecclesiastici, qui de Ecclesia, aut laici,  
qui de populo a principe sunt investiti: Ecclesiastici sunt Epi-  
scopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus: & qui hor. gerunt advoca-  
tiam, vicedominus sive dominus plebis. Laici, Dux, Marchio,  
comes &c. Medi vocantur Capitanei, regis item & regni valva-  
sores; quia a proceribus regis & regni feuda accipiunt. Infimi sunt  
valvavores minores, quia ab istis feuda habent. Cæteri plebei  
vocantur.

d. C. un. in pr. de his qui feud. dar. poss. d. C. un. Quis dicitur Dux.  
& ibi D. Franz late. C. un. de nat. feu. C. un. Episcop. vel abbatem.

## XI.

Et hæc de Causis feudi in abstracto intellecti: Effectus Feudi  
constituti consideratur in κτίσε & χρήσε. κτίσις duas haber partes,  
λόγιο & φυλακή. λόγιο vel dationem respicit feudi, vel ejus accep-  
tionem: Dare autem feudum potest Dominus: qui vel absolutam  
dandi feuda potestatem habet, vel ordinariam. Absolutam is qui  
absolutum imperium habet & feudorum autor est.

d. C. un. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poss. d. C. un. de  
feudo March. d. C. un. de CC. Conr. d. C. un. Quis dicitur Dux. C.  
un. de prohib. feud. alien. per Frideric.

## XII.

Ordinariam feudum dandi potestatem habet quis vel jure  
magistratus, vel speciali alterius beneficio. Iure magistratus, proce-

res regis & regni, Capitanei five valvavores maiores, item valvavores minores supra enumerati: Speciali beneficio hæc potestas competit illis, qui eam singulariter à superiore impetrarunt.

d. C. un. in pr. & s fin. de his qui feud. dar. poss. d. C. un. Quis dicat. Dux, d. C. un. de natura feud. d. C. un. de allodio. Quorum textuum autoritate & ratione moti, negamus veras esse traditiones Dd. quando scribunt: 1. Omnes homines cuius- cunque sexus conditionis & ætatis, atque ita fœminam, cleri- cum, rusticum, jure suo feudum dare posse. 2. Detestamur eos qui distinctionem graduū Ecclesiasticorum & Civilium pla- nè tollunt. De quibus sufficienter in explicat. D. Franzij super d. C. un. Quis dicatur Dux.

#### XIII.

Caveant autem hæ personæ omnes, ne dissipatores magis quam dispensatores feudorum censeantur, quod sit quando cle- rici de rebus Ecclesiarum, quæ ipsis subjectæ sunt & tituli vocantur feudum dederint: quicquid enim horum post decretum Urbani II. PP. factum fuerit, nullum habet vigorem.

C. un. in pr. Episcop. vel abbatem. C. vn. de iuuest. vet. & nou. benef. C. un. s. quicunq; aduocatiam. vbi gl. et Cujac. de Pace tenend.

#### XIV.

Accipere feudum possunt omnes, quib. dominus hoc con- cedit, quamvis omnes feudum acceptum retinere non possint, puta si vel banniti vel excommunicati, vel infamia juris & facti notati sint, vel sexus aut animi & corporis imbecillitate perpetua laborent.

Schrad. post Dd. quos, allegat. C. 3. p. 4. Rosenth. C. 3. Conclus. 9. Cum seqq. & dicetur infr. de amiss. feudi.

## De modo dandi et accipiendi feudum tracta- bitur in disputationibus seqq.

F I N I S.

155094

AB 155054

ULB Halle  
004 829 352

3




VD 17



A  
155

# Farbkarte #13



LEGII FEUDALIS  
DISPUTATIO I.  
FEVDI DE-  
ITIONE, ET DI-  
ISIONIBUS IN  
GENERE:  
*Quam,*  
D. O. M. A.  
Præside,  
ISSIMO ET CONSUL  
o VIRO Dn THOMA FRAN-  
I. C. & Pandectarum professo-  
re publico, defendet  
S RITTER, Görlicius Lusatius,  
xv.KL. Quintilis, h. 6. & seqq.  
  
VVITEBERGÆ,  
is M. Georgij Mulleri,  
ANNO M. D. XCVI.